IOANNIS HARMONII MARSI. COMOEDIA STEPHANIVM.

Rudolfus Agricola Iunior.

Comœdiæ laudem celebrat clauiger
Linguæ latinæ ſingularem Tullius,
Quam nemo plenius nec eruditius
Hoc proſequetur, cui profecto omnes dare
Herbam ſolent, ut principi doctiſſimo.
Sat eſt probatam Tullio Comœdiam
Vitæ ſalubrem ciuium uel propriæ.
Iſtius excitet uiri præconium,
Stimulumq; currenti ſuapte porrigat.
Illamq; de multis legat Comœdiam
Doctam, uenuſtam, nobilem, uariam, bonã,
Numeris & abſolutam, apertã, candidam,
Quis amat diebus multa paucis noſcere.

Ioannes Harmonius Marſus Petro Paſchalico Patricio Veneto Philoſopho Clariſſimo. S.

STephaniũ meã quã uegetãdi ſpũs cã cõtexui tui fœcũdiſſimi ĩgenii Camœnis Paſchalice philoſophãtiũ eminẽtiſſime dedicari uolui. Cui. n. plus deberier fateri neceſſũ mihi ẽ q̃ tibi: nã poſtq̃ tua me ãpliſſima doctría uitæq; tuæ ĩculpatiſſimæ mores ad philoſophicã illexerũt relligionẽ, incepto me iã nũc ipſũ hñi uix poterã prius, euincẽtib9 mũdi epicurei uitiis. Vt iã ꝓbelle ĩtelligã, honeſtas, fides, ad illos refugerĩt q optĩas ꝓnoſcũt ſcĩas. Ad quoꝝ mehercles tutoriũ, ueluti trepidulæ ſorores, uitiligatoribus pũgẽtibus, illatebrãt ſe ſe. Iã ꝓbe ſcio ad qd nati ſim9, hẽant pecunioſi pecuniã, locupletes loculos. Ego ſatis iã ſatis, ſi tuas hauriã uirtutes præceptor hũaniſſime, diues, opulẽtuſq; fuero. quo me hacce ſpe deludi er ĩdubito. Sẽp. n. & ſi tenue ĩgeniũ tua ex quotidiana lectõe aliqd mihi repono. Veꝝ qa ſtudiũ ſciæ comes. Legẽdo. n. excogitãdo, ſcribẽdo animũ ꝓcudimus Ne ocio torpeſcerẽ luxuriæ ĩſtro, exiſtĩaui rẽ fore ꝓutilẽ ſi id qd' ex natura, ex more, te diſſerẽte, ĩuolare ꝑotui, ſtilo cõmittier, et illd' tãq̃ pẽnicillis deliniari. Abſũpſi comœdiã ubi uirtutes & hmõi hũnæ uitæ labeculæ affabre dinoſcũt' Quare id mũſculi ex merito meã erga te pietatẽ exiſtĩari uelis. Accedit nũc edepol mea Step. ad tẽ uerecũda admodũ, totaq; ſuffuſa pudore, te præſidiũ, te tutanũ aduocat. Face obſecro tuũ p̃ociniũ ſẽtiat. Scio illico cõpluſculi ĩſurgẽt liuiduli ut eã perterreãt ſupploſiõe pedũ inſtrepẽt, diutĩa ſimultate mugient Quod ſi illi aderis togatorũ doctiſſime, illos tanq̃ male feriatos neglectui habebit. Vale.

IOAN. HARMONII MARSI COMOEDIA STEPHANIVM. ARGVMENTVM.

SENEX hic Auarus iam instigat filium
Tempus fore ut nauiget in Africam.
Aegre fert gnatus huius meretriculæ
Præ amore quam forte ex Lesbo raptam aluit.
Huic fidem dat, postq̃ ex utrinq; syngraphis
Acceptis, Lesbo repperit Auunculum.
Nimis sollicitus Senex in morbum incidit.
Interea Geta seruus aurum abstulit.
Vbi resciuit, uerberat, hinc uenit Auunculus
Mox amicitia olim componit nuptias.

PROLOGVS.

Postq̃ Auctor uidit nullã esse urbẽ Auoniã
Quæ magis ãplecteret bona studia hominũ
Et claras disciplinas, quã hanc urbẽ Venetã
Id secum putare cæpit, potissimmam
Rem fore prorsus, & maxumum negotium.
Si tantæ urbis posset placere Genio.
Ad scribendum nouam sese comœdiam,
Vt uos delectaret, impulit animus,
Idq; faciundum incitarunt complusculi,
Cum nunq̃ hocce sit hic æditum spectaculum
Quod ædepol demirari non desinit
Cum sit comœdia uitæ imitatio,
Veri imago, consuetudinis speculum.
Qua affectus omnes tanq̃ picta tabula,
Quã quid euitandum quid in uita utile
Quod ita solum non iucundumreputo.

Hanc quondam docta celebrauit antiquitas,
Et fuit in prætio comœdia Eupolis.
Sæpius & lecta Cratini & Aristophanis.
Et si præcipuam insectandis uiciis
Libertatem sinceram secum asciuerit.
Post hos in omnem uitæ huius imaginem
Facundior egit Menander mitius.
Et frequens prauis prælatus iudiciis
Non erubescens Philemon. Sic Latio
Primus Liuius placuit Andronicus.
Post qui repleuere theatra Cecilius
Plautus, Neuius, & qui adiutus Terentius
In re scribunda a Miti Leli comite.
Cur tamen hi quæris placuere ueteribus.
Dicam si mihi fauebitis silentio.
Postquam proposuerint oblectamina
Simul utilia suis spectatoribus.
Existimarunt rem fore perutilem
Vitæ humanæ si spectetur comœdia.
Proinde uobis hanc decreuit proponere
Comœdiam cui nomen est Stephanium.
Quam sane diebus hic noster pauculis
Composuit auctor, pro quo miremini
Si hæc uobis erit ipsa pauxillum breuior.
Vtilis tamen & delectabilis admodum.
Proinde uos oro, nunc patres optumi
Vt silentium facite æquo animo,
Atq; rem totam quid fiet cognoscite.
Hæc mulier quæ nunc hisce ædibus habitat
Ex Lesbo forte mortuis parentibus

Rapta cum simul Ampelischa ancillula.
Post uenditæ Megarensi Mnesilocho.
Hic quum forte intestatus Orcum petierit.
Ambæ furtim huc Athenas propere ueniunt.
Niceratus hic Hægionis filius
Visam q̃ primum hanc adamauit Stephanium
Amando nutrit, fidem dat fore sibi unicam
Quum forte repperit post hæc auunculum
Qui Lesbo erat ciuis maxumi diuitem.
At pater nota filii luxuria
Auarus ad nauigandum sollicitat.
Sed quum forte senex in morbum incidit
Geta seruus comoditate concitus
Abstrusum aurum senis domi surripuit.
Herili dat ut morem animo gereret.
Coquos conducit ut parent hic prandium.
Senex conualescens accito medico.
Postq̃ aurum non repperit, seruum uerberat.
Domi deuinctum detinet. Interea loci
Venit athenas Methymneus Philodicus
Qui se se huius prædicabat auunculum
Recognito amico Hægione, nuptias
Componit Nicerato & dotem numerat.
Filius iam lætus patri aurum reddidit.
Geta reuinctus laqueo prece filii
Accepit libertatis signo pileum.
Agite nunc fauete & rem pernoscite.

NICERATVS. GETA SERVVS.

Ergin adhuc mecū ita tam perplexe loquis?
P. Cur me hisce dictis exanimatū tātope facis?
Tot curas mihi congeris
Modo mihi pater succensebit, modo
In Africam me mi ssurus nauigio
Modo Lesbum suam repetiturus Stephanium
Optat, decreuit, expectat auunculum.
Hancce ne prouinciam sumpsisti ut miserum
Atq; ut conficeres me calamitosum geta?
G. Ego utiq; Nicerate quod dixerim
Non ut aduorsum te quippiam iniurium
Aut insidias molirer, sed q̄ tua
Mens omnia, quæ scissem, bono a seruulo
Præsentiscat. Scis enim quantum mea opera
Rerum satægerit, ut iam me unicum cognoscas tibi
Fidelem, tuæq; uoluntatis obsequentem, bonum
Vt decet seruū, Quāobrē si quid erit hic Nicerate mi
Ne quaq; molestia afficiaris, cernamus equidem
Consultemus, discutiamus quid tibi
Quid patri, quid deniq; rei huic conueniat.
N. quid igitur faciā, ita ne pater decernit me miserum
Omnino mare subiturum geta
Vendundi, emundi merces gratia?
G. Iam sententia atq; perstat proposito
Nam dum modo e culina ego progrederer
Me senex aspexit (ægre tum) heus inquit tibi ego
Dico Geta, inuenias Niceratum ut paret
Sese ad nauim, Africam est petiturus, bono
Atq; optimo auspicio proinde expediat.
Hinc ad quatriduum nauim conscendet, bono

Animo si et dabo operam ut rem gerat.
Obmutui. Quid enim responderem, sciebat Geta
Quantum tu huic meretriculæ es addictus animo.
N. Ego ne hanc relinquam Geta quem tam pio
Me amore amauit, Amatq; & nunc me fide
Singulari pietate, adeo beneuolum
Me sibi astrinxit, ut ꝙ nos dissoluier
Vllo pacto fieri putas, Hoccine
Id humanum esset. Hoccine credibile erit Geta?
G. Quid ni, moris est meretricii
Pecuniam non homines amare Nicerate mi,
Et quia te uidet non ut prius ampla manu
Dinumerare mercedem, clamat, cruciat
Sese, nectit fallaciam
Ciuem esse Lesbicam, nam paruā huc athenas, patre
Mortuo aduectam, furtim naui, & nunc suos
Sese inuenisse prædicat atq; domum
Redire cupit interq; consanguineos uiuere
Hæc quidem hercle omnia pecuniam uenari puto,
Et cum cœnam te esse non obsonatum heri
Nunc pedissequam mittit, nunc epistoliū inscribit, ut
Tibi non solum ex medullis eruat sanguinem
Sed rē omnē, ꝙ auus, ꝙ pater auxerat corrodat lupa
N. Tace si uis scelestissime. Quid enī me plꝰ maceras
Lege iterū, perlege. G. iterū. N. iterū perlege, iterū.
G. Perlegam iam tibi legi uicies, & nunc iam legam
Stephanium salutem Nicerato suo,
Dextro ocello, aureo pomo, animæ suæ
Mitto ad te hunc collutum lachrymis syngraphum,
Nicerate meus meum suauium

Delitiæ meæ, mea uoluptas, atq; suauior rosa
Passercule Amenissime atq; melle hybleo suauior.
Vt noscites quot me nunc obrui calamitatibus.
Me miserā te Ad cænā expectaui & hoc mane simul
Ad prandium, jam diem unum absuisti, excrucior
Misera maceror nunc Nicerate mi
Quia nauigare te oportet atq; per
Mare undosum, fluctuosum, tempestuosum uisere
Tot monstra natantia & nunc ego dolore morior
Tuo abitu quia hic habeo neminem.
Ni ueniet ex Lesbo auunculus meus
Ad me his diebus, expecto, anteq̄ abeam
Anteq̄ diuellar, Anteq̄ moriar
Ad me uisas paulum si placet anime mi.
.N. Viden quot calamitatibus sim consitus
Viden fidem huius & animum Stephanii
Quo me uortam, quo fugiam, quem petam
Adeon inhumanus siem ut hinc abeam
Nunc tua opera, astu Geta erit opus, si mea
Vnquā inte lenitas apparuit maxima
Alio uertamus negocium ut ne abeam.
.G. Here mi quid possim homunculus ego, scis
Verum enimuero quo mihi præstari poterit iube.
Bono animo sies Nicerate bono animo.
Multa dies adimunt, multa referunt
Proinde tranquilla mente ne te consumes obsecro.
.N. Ita faciam ut fortuna uolet.
.G. Interea nunc ego ad portum properem.
Visam si quod ibi paretur nauigium
Hic me expectato, mox paulo redeam.

.N. Recte

N. Recte iam putas, abi, atq; ad nos recurſitato cito.
G. Eo. N. atq; audin? caue uerbum ne tu patri
Dicas, aut quicq̄ rei. G. Faciam faciam.

Niceratus.

QVID igitur faciam Nicerate? ego ne hinc abeam.
Pro deum, atq; hominum fidem, ita ne ſic pater
Obſtinate ſollicitus, ut me adhuc expertem iuuenem
Mercatoria naui imponat. Quid ſi ego
In morbos incidam. Quid me ſi quis homo
Pœnus punica fide cultro tranſfigat.
Quid me ſi quis piſcis, ſi qua neptunnia uis
Me truculenti maris abſorbuerit.
Hoc ne inconſyderate pater meus agit?
Adde ſi neceſſitas, ſi pauperies
Premeret, cogeret, nec moleſtia afficerer.
Tot armenta paſcuntur patri, tot oues,
Ipſe diem totum incumbit auro, inuigilat,
Tanquam ſexagenario ſit obulus
Defuturus, aut ſibi plus uitæ ſuper
Fuerit quam rei, hæc me macerant ſatis
Hæc me diſcruciant, nunc quia tempus patitur
Aliqua frui uoluptate, ipſe mihi complaceo.
Dum ætas fert, dum ardor uiget, en nunc pater
Tot me curis obruere uult, nunc negocia meis
Humeris apportat, cedo? quando licet
Me eſſe curis expeditum? quando licet
Me amare niſi nunc, dum ætas, dum anni uolunt.
Certum eſt omnia pati, quam hoc prius agam.
Certum eſt quam meam Stephanium deſeram.
Sed quid eſt? increpuit domus hoſtium.

At at pater est, perii, hunc effugere nequeo.
Hic illi obuiam fiam, expecto quid mihi
Dicat, dii me adiuuent, dii mihi faueant.

Senex Hægio, Archillis anus, Nicera.

VNC ꝙ ego e domo mea egredior, bene
Omnia curato Archillis, & quæ tibi
Dixi para, ego hic adero, neq; longius
Hinc exibo. Tu abi intro, omnia agas
Caute ianuam occlude interiorem, simul
Introspicito, iterum per penetralia, iterum.
Ne quis illuc aduolauerit fur malus,
Dum ianuam aperui. Clude nunc fores.
Atq; intellextin? nec quenquam intromiseris
Dum ego abero, nam furum sunt plena omnia.
A. Si quis pultauerit pedibus hostium?
Hæ. Si quid boni portauerit tunc arripito.
At quamprimũ occlude fores, ne flatus intro deuolet.
A. Si quis aurum tibi dono portauerit?
Hæ. Perii, hæc de auro loquitur, hem, redibo iterꝝ ego
Nunc intro, atq; reuisam, hem tibi dico Archillis,
Exi, atq; huc abscede, hic me mane, dum ego, eo
Atq; ad te reuortar. A. Expectabo eas.
Heu quæ miseriæ, quæ infelicitas senis,
Totum diem torpescit domi, nescio
Quid timet, nũc intrat, nũc exit, miror qn uiuat hodie
Parum comedit, nec mingit ut ne sitis
Veniat, & quãdo aliquid desit, mures incursim fugat
Quia panem corrodunt, adeo timet.
N. Perii pater subiratus, timeo
Ne quid male rei deuenisse ædibus,

Et uereor hic, ne mihi plus exasperet,
Atq; mihi plures congeret iniurias.
Sed ipse iterum exit, nunc uideo hilarem.
Hæ. Nunc factus certior, i nunc intro modo,
Omnia satis bene, i nunc, iam clude fores.
Certum est omnia perpeti ne mihi pecunia
Desit, dicant quod uelint, miser is qui nimis
Pecuniæ parcit, atqui miserior
Qui non habet. Proinde ne desit uereor.
Nunc scio quid agam, nunc mihi in mentem uenit.
Spero mihi fore futurum fructum, si omnia
Quæ mandauero faciet, atq; urbis molliciæ
Ipsus quoq; diuellier. Sed uideo
Ad nos uenientem ipsum recte, in tempore.

Niceratus. Hægio senex.

Salue pater. Hæ. Oportune ofers te nunc mihi.
Oportune quidem fili. Decreui uirum
Te omnino efficerem, ut me ipsum patrem decet.
Volo ut nauiges, atq; ut Africam petes.
Illuc negotiatum, nauim mercatoriam
Hinc ad quatriduum conscendes, q; bono
Numine tibi mihiq; siet, dabo operam
Vt mercimoniis cumulatus eas.
N. Quod lubet pater, uerum insolenti dabis
Atq; experti negotium pater. tamen
Quod lubet mi pater. Hæ. Disces tandem, ita ego
Dum eram iuuenis factitaui, nunc tibi
Opus idem erit, faxin ut rem nostram augeas.
Nam præesse mercaturæ est nunc rem quærere.
N. Licet mi parer ne proloqui pauca.

Hæ. Licet, age fare, quid tu a me nunc uelis.
N. Quia uita breuis, labores maxumi,
Quid ultra molimur pater, natura stat
Quod sufficit contenta, nos dites satis.
Hæ. Hem nos ne satin diuites? itan tibi
Persuades, & ni adhibeamus modum aliquem
Parcissimum rebus nostris Nicerate, fluent.
Sat in? miserum, excrucior, in mentem uenit,
Ex nostris ouibus una interiit scabie.
Est ne hoc augere rem, Quin & quottidie
Nos pasci oportet, heri lactucas satis
Proceras emi, atq; lentes Niliacas
Quottidie ex pecunia aliquid interiit.
Proinde Nicerate te para, ut rem omnem augeas.
Atq; iam nostram senectutem foueas.
N. quod lubet pater, uerum saltem per dies
Aliquot liceat animum focillarier.
Atq; quod libitum fuerit agere quam prius mari
Obruar, postquam tibi pater mi placet.
Hæ. Liceat nunc fili, esto iam bono animo.
Spero consore te uirum ditem, atq; meam
Rem omnem aucturum, i nunc ad Castoris,
Nam te illi conciliascere cupio.
Præest maritimis rebus, ita prædicant
Lacones, atq; animo ibi sacrifica.
Donec ego foras ad te exeam.
N. Ibo posteaq̃ meo patri lubet.

Secundus Actus. Hægio.

Vnc pauxillum animo conquiesco meo.
Quia ita inanimaui filium ad lucrum.

Sed nescio quid me macerat, nunc puto
Illam esse ouem quae interiit, etiam doleo
Quod opilio lanam abiecerit, quia
Spurce colluta scabie erat, potuit aqua
Bene dilui, atq; seruarier mihi.
Ita equidem faciundum qui sua bona
Reponi uult, atq; sese opulescere.
Nam stultior est ille qui rem negligit.
Atq; qui uorax bona omnia abligurit.
Quamobrem ipse mihi domi seruo pecuniam.
Et ne quid diminuatur, abradaturq;, ego
Quandoq; fame fractus, atq; ieiuniosior,
Fio, ita ut guttur atq; esuriales fauces mihi
Vix dehiscant, ita nummis parco meis.
Nam nummi sunt hodie, qui uiuunt, qui regunt,
His honor, his omnes & reges seruiunt.
Quamobrem plaeriq; foro fiunt obuiam mihi
Gratulantur, blandiuntur, non q; me ament
Sed quia uerentur opulentitatem meam.
Nunc autē agendum est, ut rei plus conferam.
Sed eccum Getam uideo, unde hic uenit scelus.
Quid nam hic garrit, ueterator, scelus.

Geta. Seruus. Haegio. Senex.

Ii uestrā fidē, q̄tum laboris cōfecerim hodie.
D Quantamq; solus adhibuerim sollertiam.
Frugi ego sum, sciscitando, quaerendoq;
Factus lassus, nunc ad portum pyrreum.
Nunc ad nauale, cursitando, si quid hinc nauigium
Mercatorium dissoluat, atq; sese uentis ferat.
Nullum prorsus abiturum est. Quod gaudeo.

Proinde subito Niceratum conueniam.
Vt omnem, quo conficitur, metum adimam.
Nam si hic abiret nemo me miserior.
Tam paruum & miserum facit sumptum Hægio.
Vt ni filius, ego fame consumerer.
Hæ. Geta? G. nunc satis satis habeo. Hæ. Geta?
G. Hem senex. Dii perdant hunc capularem senem.
Hæ. Geta? G. Hem Hægio ad te ibã. H. ad te ibam
hem satin probe?
Quid tu blacterabas. G. Nil prorsus Hægio.
Hæ. Quin dic quid est. G. dixeram nihil nauium
Huc appulisse, quod appulas lanas tulerit.
Proinde gaudebam, quia sciebam te domi
Multas lanas mucidas habere, ut carius
Eas uenderes. Hæ. Ita spero, nam me distrahunt
Tot nunc impensæ, tot sumptus domestici,
Quos oppido deuoramus atq; conterimus Geta.
G. Ita prædicant: noui te semper liberalissimum
Nisi q his diebus q miratus sum Hægio,
Quod iam per mensem, uix tres, aut quatuor emeras
Pisciculos minutulos. Pauxillatimq; quottidie
Adimis non nihil ex uictu miseris,
Hæ. hem? ita tu hæc curas scelus? quodq; istoc mihi
Desine. G. cõmoui. Hæ. Vorsũ quo tendit hic furcifer
Ita hodie postulant tempora Geta,
Vt omnia quæ nummis aguntur metiamur probe.
Ego quid istoc fiet curabo satis.
G. Expetesso quid uelis. Atq; id patiar q uolas
Here lenissime, atq; Atheniensium
Exemplar, decus, & nostrum patrocinium

Hæ. Tace modo, nunc tristis sum, nunc male
Me habeo, nescio quid me totum uerberat.
Curram intro ne quis mihi aurum refodicauerit.

Geta. Niceratus. Ampelischa Ancilla.

Vuid nã hic sensit, qd nã hũc tristẽ facit senẽ
Ha sentio, nil miserum miserius
Misero auaro est. Vtinam omnes auari pisces fierent,
Vt neptunum omnem intra uentriculum ebiberent.
Sed uideo Niceratũ e Castoris exeunte, adibo prope.
Salue Nicerate. N. hem Geta ita fractus sum miser
Ita in pectore animus cruciatur meus,
Vt nihil sum, si sum, non sum, distrahor, maceror,
Morior, quia nauigandum est mihi: pater ita iubet,
G. Vah quid tu tristis es? nihil est dii te amant
Nicerate. N. Quid nam est. G. dicam tibi,
Properaui ad portum, ibi circumspitio
Complusculæ erant ibi nauiculæ,
Sciscitor, interrogo, flagito, num quæppiam
Hinc ciuium solutura nauis mercatoria?
Aiunt nulla prorsus. N. hem dii faxint Geta.
G. Inde ad nauale aduolaui ut scirem omnia,
Ibi nauicularium percontor lepide,
Ait subtristis, nullas hinc naues nunc soluier,
Contineri portu oportere propter Cylices
Pyratas, Redeo inde lætabundus, simul
Vt te conuenirem, properabam, patrem
Apud hostium offendi, qui mihi nihil
Huiusce rei profecto meminerit,
Verum nimia impensa sollicitarier, &
Inde nescio quo dolore percitus

Intro accurrit, meq; tunc reliquit foris.
Non uidentur nauigatum hæc tibi omnia
Inducere Nicerate, proinde esto bono animo.
N. Resumpsi spiritum opera tua Geta
Vtinam dii faxint, meq; saluom uelint.
Sed eccam Ampelischam, perii, uah omnia
Resciuerunt. G. Iam habeo, illuc te reuocat.
Am. Audiui audiui Stephanium Animulæ mi.
Tu te his cruciabilitatibus aufer modo,
Atq; pauxillum te refrigerato, ego
Nequaq̃ abero nimium, atq; ducam tuum
Niceratum. Me miseram ubi nam inueniam.
Adibo tamen, sed ego quem uideo.
Oportune eccum illum, dii me nunc dirigunt.
Salue Nicerate N.. hem Ampelischa satin
Salua? Am. Vt dii uolunt ita se miseram macerat
Atq; linteolo aglutinato cubat, lachrymat,
Quia timet ne deseratur. Eo te rogat
Vt ad sese uenias ut te uiset antea.
N. Ego ne illã deseram. Quid mihi plus carius?
Ego ne meum animum occidam? minime
Ampelischa. Am. Ita uult fides
Sed eamus nunc. quia expectat te nimis.
N. Eamus, Tuq; Geta redeas domum,
Atq; obserua, quid pater curet, etiam si aliquid
Ex domo poteris nostin? Ad nos fer Geta.
G. Adibo atq; ut potero faciam.
Quid hoc negotii est, quid tam confragosi oneris
Ita ad hoc miser natus, ut nullum iam meo
Natali sydus affuisse crediderim.

Semper

Semper ſeruio, & quibus ſeruio, nihil
Seruio, pater auarus, filius prodigus.
Nihil eſt medii, ad hæc mala me poſuit
Fortuna, quicquid hic delirat dominus,
Plector ego miſer. Dii omnes perdant iſtos heros
Vt quamprimum ſerui domini fierent.
Non ſic ſereſceret uenter, nec pabulo fabacio
Quottidie paſceret, equidem poſtquam hac domo
Sum, nunquam ſatur fui, eſurio indies acrius.
Ibo intro, ſimulq; quantum quibo uetulæ
Me inſinuam, ut tantillum panis poſſim impetrarier.

Tertius Actus. Geta ſolus.

Ii hominibus quandoq; propitii
Sunt, quãdoq; infenſiores. Ita dii me peramant
Vt oportune decidit, namq; ſenex
Dum loculos, in quibus omnes theſauros
Locauerat, attrectabat, uidi. Ego eram
In ligello abditus, ſecumq; muſſitabat, neſcio
Quid ſuſurrabat. Poſtquam ſubtexuit omnia
Seſe oſcitabundus recepit, ſubito
Illico, ſenem deſyderatio occupat,
Mox paulo tument pedes. Vix ſeſe protrahit
In lectum, inde clamitat, Archillem Archillem
Hæc accurrit, iubet ut properet
Ad pomi aurei tabernam aromatariam,
Vt Soſimenem medicum euocet.
Illa feſtinans per domus poſticum, abiit. Ego
Domi furtim me recludo, fecit me hæc commoditas
Commodatarium, ut aliquid ego ſurriperem,
Atq; herili filio deportem, bene,

Opportune, ſed eccam Ipſam. Iam arripiam
Me hinc, ne anus me uideat.

Archillis. Soſimenes medicus.

EV me miſeram, quot incommoda ſimul.
Quanto magis hũc inſtigo ueternoſum uirum,
Tanto magis torpeſcit, uix iliã trahit.
Ille præ dolore moritur Hægio.
Expectat, atq; deſyderat maxume.
Me miſeram hic per omnes angiportus ſenex
Seſe retinet, atq; angulatim uult meiere.
Heu qui medicus, adhuc moratur miſer.
Sed tandem eccum, dii date facultatem pedibus.
Perge modo, perge, ne in mora ſit atq; dolore Hægio.
So. Nunc ueſicam defecaui meam.
Vt prius adeo feculentus eram.
Vt paſſim micturire neceſſum mi erat.
Eamus modo, ſpero conualeſcat mea opera
A. Quin properemus, nunc clamitat miſer Hægio.
S. Pape, mature, ohe, pauxillatim, uia
Breuis, ut pol ne calleſcant pedes,
Ita factitabat Critobolus. A. me miſeram,
Quanta mora, conſedit hic in pedibus,
S. Ha, hu quid? A. Hau, ne me obſecro aſpicias.
S. Hac ne dormitauit nocte. He. Ha. A. Quæ facies,
Quæ labra turgentia, qui miluini oculi,
Quæ follicantes nares. S. Lunam timeo,
Eclipſim. magna diſcorditas inter uenerem
Et Saturnum. A. Hem ſatur, nil comedit hodie.
So. Nunc quieſcendum paululum eſt, nam mi colei
Iam inſudant. A. Mane me miſeram, mane etiam.

S. Nimis dura es, adhuc malacissanda es mulier.
A. Pergin? dii? me miseram. So. Eia eamus modo.
A. I præ ne plus me fascines.
S. Ibo sed hic esurit, bibit ne, ha he quid?
A. Excrucior misera, iam perge obsecro.
S. Ibo intro dii faxint ut hic me particulonem legat.
A. deos iam oro, ut tandem applicuit, sed quis est
Qui sese prorupit e foribus domus.
Vereor quid fiet, adibo intro etiam ego.

Geta. Ampelisca ancilla.

VRRE Geta, curre, hac, illac, quis homo?
Quis, nullus, eia? nemo est, nemo me uidet.
O ditem diem? quis nam me felicior.
O lepidissimum aurum, hæ sunt guttæ Iouis,
Hi sunt honores, hoc nectit amicitias.
Hoc facit ingenium, hoc tot bella gerit
O sanctum aurum. Pro te labores homines
Mortales non recusant, tu me hodie felicitas.
Vix me contineo præ lætitia, dii bene
Fecerunt, ut nostros deorsum spectasse oculos.
Vbi marsupium senex hic foderat.
Ego ex eo exfodicaui marsupium.
Et uulpes astu capiuntur, & equi freno
Domantur. Nunc lecto clamitat senex.
Dii me saluom uolunt, spero hunc petiturum senem.
Manes inferos, atq; Orcho associarier Tantalo
Vt omne gaudium & filio, & mihi compleam
Hem mi aurum, quantum hodie mortales facis.
At nunc ego per te incipio esse hominis.
Sed nescio quid plus curarum nunc mihi

Cumulatur cerebro, nunc trepidulus
Fio, nunc omnia timeo, te aurum puto
Esse causam, nam antequam te habuerim
Nullius eram pensi, nunc nescio quid metus
Inhæret meo cordi, timenda sunt omnia mihi,
Inuidia magis, nam undiq; sunt inuidi.
Scio complusculos rumpier inuidia,
Sed illis maxume concedo dum crepent
Inuideant quantumlibet, nescio si quis me audiat.
Nam etiam uolantes muscæ sũt pauxillum liuidulæ,
Inuideant satis dum tu mihi aurum complaceas,
Postquam tibi hancce lucem restitui
Sed iam conueniam Niceratum, atq; ipsum simul
Et me uno tempore ego beem, faciamq; mihi
Hodie stomachum plenũ, donec reiectem præ nimia
Crapula, coquos conducã, ut incipiã abligurire bonũ.
Sed quid cesso pultare nunc ego hostium?
Heus aperite mihi fores.
Heus? Am. Quis pultat tam fortiter hostium?
Quis est? G. Sum bona fortuna aperito mihi.
Adhuc cessat. Iterum pultabo hostium.
Am. Ita tam audacter insolentior.
G. At dii, deæq; omnes, atq; cacodæmones,
Euertant omne genus meretricum.
Perdant, occisitent, & fulminent.
Atq; penitus, funditus eradicent.
Parum abfuit quin tegula fregerit caput,
Atq; me interemerit. Dii uostram fidem.
Quid mihi nunc profuisset aurum Geta.
Nunquam tuta felicitas hominibus.

Hem fortunam? Quid mihi mutilat gaudium.
Cessabo? iterum frangam me hercle ianuam,
Atq; omnes si opus iam dissoluam cardines.
Am. Hem demens ita iam perterritus,
G. Itan perterritus? Si feriat probe
Si minus rideam? Tace alias
Hoc mercedem habebis merita es
Inepta, simplicior, uiden quanti nunc siem?
Am. Vnde habes felix Geta, hem misera
Quantum imprudens commiserim scelus.
Ignosce mi Geta atq; impartire si lubet.
G, meo ingenio, sed abibo. Am. Cur mi Geta?
G. quia paulum abfuit quin fregisti caput.
Am. Me miseram nihil ego sciebam, mane
G. Nil audio, sum Alexander rex Macedo.
Am. Mane sic te iuuenta uirens foueat.
G. Ha ha nunc iuuenta? quia nummos habeo.
Am. Ita dii me ament ut mihi iuuenis es.
G. Scio, ergo nummis repuerascunt senes.
Am. Hem quanti te faciet Niceratus Geta?
G. Verum timeo nunc hic moram trahere.
Sane lubet, non ego solum natus mihi
Ita hodie Niceratum atq; Stephanium
Beabo, me, teq; simul,
Sed nunc tuæ industria erit opus
Ampelischa, nam senex Hægio
Aegrotat, spero intellextin? Am. dii hoc faciant
Vt nos misere salue, sed quid erit opus?
G. Hic me Ampelischa expectato donec redeam.
Ibo intro atq; Nicerato dabo marsupium.

Inde exeam mox per breuem posticulam
Ibo obsonatum & coquos conducam ut hodie
Sic uolo indulgeamus gulæ, Am. Ita obsecro
G. Nunc tibi hoc iniungo laboris iam face
Obserues, si quis tumultus fiat domi
Nicerati, aut si quis exeat, ant planctum fieri
Ne in mora simus si iam fuerit opus
Vt quæcunq; arripiat heres Niceratus bona.
Atq; itan intellextin? Am. optume.

Ampelischa Ancilla.

ITa pol me dii amāt ut bonus hic seruus ē Geta
Nunquam desistit ut animo herilis domini
Morem gerat, perecastor quantum nos beat,
Hem paupertas, hem fortuna q̄tum tu sedes hominū
Rotas, nos miseræ postquā e Lesbo abreptæ fuimus.
Ille paruulas uendidit Mnesilocho
Megaræ diu nos seruiuimus, ille miser
Postquam intestatus moritur, huc applicuimus
Solæ, furtim. Viximus ut potuimus.
Sed dii faxint ut Philodicus auunculus
Aduentet iam, ut nobis postq̄ nos hic esse miseras
Viuas intellexit, significauit. Sed qui homines.
Me miseram quæ turba? hinc abeam.

Geta. Coquus.

ITA uolui hodie ut mihi ipsi complaceam
Quod petiistis do: ut tantū coquinatum mihi
Accederetis, nunc ut uolo, uos uultis mihi:
Eia modo ita ut ambulo
Ita uos ambuletis: atq; spacio
Post me sesquipedali, ut uidear

Vobis præesse atq; ductor coquorum militariter
Præcedam. Co. Vtiq; ut iubes lubenter Geta
G. Eia modo & quid uobis nunc ego uideor?
Co. Ita Agesilaus ita Agathocles siculus
G. Ohe quiescitote modo nunc narra mihi
Quid tu quod sapiat & blandietur gulæ
Co. Honesta poscis. ego non ut alii
Qui uulgares popinarii faciunt
Facio. Nam quod uituli pectus assatum uolunt
Ego magis elixum. Atq; sic omnes auis amphibias
Quibus piper & saluiam addo ut magis sapiant
Ceruorum anteriorem partem in iusculo laridario.
Lumbos asso, ex coxis pastillos & pulpamenta facio.
G. Hoc primum sapit perge iam nunc titillat gula
Co. Syluaticas gallinas asso atq; ficedulas
Pauonem quoq;. ita factitabat Hortensius
In opipara cæna. Gallo gallinaceo
Abstineo ita mihi incessit relligio
Quia olim locutus atq; prolis semidatarius.
G. Probe me hercle ut habeas quod semper coquas
Co. Leocophagum ita paro ut nil quid suauius
G. Addis Amygdalas? Co. ut manducones aderunt.
Ita in Gymnasio popinario didici
Dum inceptabat barba pilare. G. Laudo sapis
Edepol nunquam potui inuenire meliorem coquum
Sed eatis nunc intro ne sit in mora
Id quod opto. parate omnia quæ obsonauimus.
Nunc res est in uado. certum est hodie
Experiri, quod semper ille Assyrius
Rex Sardanapalus, aut Philoxeni guttura

Sed quis est qui exit. Ibo intro, anteq̃ uideo.

SOsimenes Medicus.

VRAVI probe lateris
Et summos pectoris dolores mea opera
Fugaui prudens, uerbascum cũ ruta ex aqua dedimus
Nunq̃ difficiliorem senem nunquã magis querulum.
Bis aut ter mihi admodum iniurius fuit
Ita fit hodie ut cum nequeunt illico
Conualescere homines, q̃primum exclamant, medici
Medici, sunt in causa morborum omnium.
Ita hodie miserrimum genus hominum sumus.
Si quid pollicemur, id uertunt sydera.
Sin minus, perimus fame.
Quid nam est decipimur omnes, mors deletilis
Omne secum affert, pharmacum.
Interim omnino misere facimus.
Medicando mendicamus. Post hæc multa dedit
Fabam fresam. Reluctabar accipere
Ferebar pytagoreus, ut aliquid aliud acciperem.
Sed cum id aliud, nihil, accepi, melius
Id mecum puto quam deiici in puteum.
Dii melius quam hoc diunt mihi.
Eia modo eamus, sed ne titubes sosimenes.
Ne lapsu pedum exanimascas ut Asclepiades.

Quartus Actus. Geta Seruus.

Am coqui omnes per transennã strictim abeũt
Ipse omnem comedendi expleui libidinem,
Satianter Hercle, dum illi morsicabant sese inuicem.
Miscelle columbine, quam prognariter
Collabellant oscula, meretriculæ

Tanq̃

Tanquam hamiotæ piſcem, amatorem implicant.
Dum mellis uoculis ſtudebat amor
Dum blandicellis uerbis ſe ambo molliter
Viciſſim petebant. Da mihi baſiolum da mihi
Suauiolum, nunc tu, modo tu, mihi
Tu, immo tu, modo tu, ego
Tunc quod potui exeſculentis poculentis ſtomacho
Coniieci meo, atq; uina compluſcula
Chia atq; Ceſenaria,
Vt plures nunc reſiliunt mihi fumi in caput
Quam ex ſabatinis aris, ohe ſum iam ſatur,
Ohe ſatur eſt uenter conceptaculum
Omnium feditatum peſſimum
Cui reges, pauperes, inſeruiunt ſollicite.
Pungit ut creditor, me in die appellitat
Decies, uas eſt imperioſum nimis,
Ohe ſatullus ſum, adipatus ſum nimis,
Iam omnia meo conuolutantur cerebro
Caput dolet, uiſus neſcio ſi hebeſcit mihi meus,
Manum uideo, adhuc, etiam, adhuc uideo
Eſt manus prorſus, uideo ergo, cœlum etiam.
Non imaginarii ſunt hi circuli
Video omnes, en Saturnus, Solem uix uideo,
En cerno ſtellas, & quæ ſunt ante pedes non uideo
Quo tendam neſcio, ita caput, ita pes faciunt.
Tanquam ueſicariam deuorarim hodie.
Heu miſerum quid ſentio concrepuit hoſtium.
Neſcio quid mihi ſic ſtrepitus ariolatur mali.
At at ſenex eſt, reuixit, me miſerum,
Hodie ego pereo, intro hinc fugiam.

D

Hægio senex.

ITa uult sors humana ut hisce miseriis
Erumnisq; uitam fluctuatim uiuamus miseri,
Vita momentaria nos nostraq; desyderia
Efflictim dissoluit, perfringit, & si qua est indulgitas
Voluptatum mortalibus, tunc illico
Defluit mox turbulæ maxume,
Noxitudo, morbus, dolor, innumera
Cruciamenta, deniq; mors improba
Serpit tanquam uulpinaris amasio hostio hostium
Pulsat domesticatim æque mortalinm.
Hocce mihi pene peruenit misero,
Ita me morbus macerauit improbus,
Vt omnia pene membra mihi luxata reddiderit,
Ita me miserum affecit macritudine,
Vt pene hæsitet ossibus pellicula.
Salua res est, dii necessitati quoq;
Non repugnant, sed id habeo gratias,
Quod me saluom uoluerunt, diis habeo
Gratias, tibi primum Apollo, tibi decus
Musarum. Salue Apollo, Tu repertor medicinæ,
Tu sapientiæ pater. Ego ne tibi
Ingratus uidear corollam hanc hisce foribus
Appono tuis, erit hic tanquam ianitrix.
Face Apollo nunc rem mihi
Augeas duplam, & me semper feliciter,
Alteram tibi connectam, Apollo face
Obsecro, nunc rem curem meam si sapio,
Veh mihi ipsi in essem egomet mihi.
Me miserum hæc insanitas perdidit plurimum

Ideo num grauor, fabam nimiam dedi medico.
Quærebat aliud blandidicus, sed ego prudentior,
Sed quid nunc sentio domi? me miserum
Qui strepitus, curã, serua me Apollo cõpilor miser.

Hægio senex. Geta seruus.

Xtrudã te hercle hic. Exi uerbero, exi mõ scel9,
Existi tandem nũc te contundam ut mihi lubet.
G. Me miserum. H. Ita te miserrimum faciam
G. Quid commisi. H. etiam uerbero. G. Mi Hægio.
Hæ. uerbero quid erat illic nunc negotii tibi?
Quid illic uolebas scalpere. G. Nihil Hægio.
H. Nihil hem? plecteris hercle. G. Me miserum
Ita me nunc pinsis tanquam mola molendinaria
H. Quid blactis nugacitas nugacissima.
G. Quia uerberas. H. Verberabo uerberalissime.
Quid tibi erat illic. G. Pauimentum terere.
Postquam e foro redii. H. Quid tu in foro feceras.
G. Ibi erat ex his qui admercatum confluxerant,
Dum apud paradromidas ambularem,
Aiebat creditor portare se tibi pecuniam
H. At ædepol hoc primum est dissentaneum,
Nunquam cuiquam obolum crediderim
G. forsitan Iuppiter mentem subripuit
Atq; obliuiosum reddiderit ut rem auctaret tibi
H. Ita oportet ut iam paulum consolarer miser.
Sed quid hoc est quid nam hic commentus furcifer.
Quid hic uult ueterator, palpator, scelus,
Sic mendacium conuallat ita offendices implicat
Vt si quis ueritatem deperdi uolet huic deferat
G. Me miserum peribo si quid de auro resciuerit.

Hæ. Hem quid dixti, quid illic musitabas furcifer?
G. Ego ne? Hæ. Verbero, elumbabo te hodie
Atq; excissam aures & oculos defodiã. quid dixeras.
G. Quia maxima lis in foro
De monopoliis & uectigalibus
Hæ. Elinguabo te hodie, ut iam mihi amplius
Ne tinnimentum tale sies auribus,
Nec mihi insidieris periure scelestissime.
G. Q͞d lubet. H. Hoc necessum. G. Accipio q̃ impia.
H. Maliana, eia modo abscede huc, etiam,
Etiam nunc, ohe, illic esto. Esto modo
Plica brachia. G. Plico. H. adæqua pedes.
G. adæquo. H. Deorsũ inspice. G. Inspicio. H. Mane
Hocce ad æquimento. G. Maneo. H. Nec conniueas,
Nec pauxillũ q͞dẽ. G. si me muscæ pũcti pupugerit?
H. etiã tanq̃ ranarũ lignum. G. Vt lubet. H. Ita uolo
Ita recellas tanquam meliteus catulus.
G. Si pauxillũ sinistrorsum aut dextrorsũ excessero?
H. te iugulauero ut porcum depuberem.
G. Susq; deq; feram postquam lubitum est Hægio
H. adhuc blacterat liguax, si tantillũ im minu tũ domi
Inuenero, te tanquam agnam præcidaneam
Mactabo. G. Dum modo sim propitionalis Hægio.
H. Senties iam quid sit insidiari hero,
Ibo intro, esto tu illic donec ego exeam.

Geta seruus.

VVLLus sum Geta, nullus sum, me miserum
Quid agam nescio, neq; spei, neq; consilii
Quicquam inest, ita uerba illa sententiosa senis
Ademerint omnem mihi senticulum,

Ita me illa caperata fronte incilauit miserum.
Vt omnis mihi ebrietas timore deliquit.
Iam senex quaerens locos omnes thesaurarios
Cum non inuenerit marsupium, properatim ueniet
Hic hodie peribo, dii illi impicent pedes
Dii illum perdant senem antequam huc redeat
Pro deum quid agam Geta
Arripiam ne fugam, an non? utcumque peribo miser.
At quis tam properus quid nam circumspicit homo
Quid uelit expecto, est seruus exoticus.

Palestrio. Geta. serui.

IIS immortalibus iam gratias ago,
Quod nos adhuc Athenas applicuimus
Bono auspicio, secundo uento, maria malacia,
Saniter profecto ita q; uolumus indipisci sinant.
Herus Philodicus in portu est donec ad se redeam
Cunctanter expectat proinde properantia opus est.
Sciscitatus sum complusculos regionatim
Qua haec Stephanium habitet, omnes conueniunt,
Vbi delubrum Apollinis, ubi Haegio,
Vbi templum stat Castoris.
Vt nuntiem aduenisse auunculum,
Certe ego compluries hic fui.
Quarta domus ab Apolline erat
Hoc mihi maxume coniectarium.
En Appollo, hic domus Haegionis, hic Castoris,
Haec ipsa apparet. G. At at nunc intelligo
Dabo huic magnũ malũ nebuloni si hic ad me ueniet.
P. Sed uellem aliquem prius percontarier
Antequam pultem hostium ne temeriter.

Id agam, sed eccum unum quem nunc uideo
Adibo. G. Vtinam nunc intercedat Hægio,
Vt omnem furti huic culpam transferat.
Reddam huic omnes pugnos quos habui
P. Metuo nescio quid de pugnis loquitur
Adibo tamen. G. Ad scolum accedit ædepol
P. Quis hic loquitur. G. Hem quid huc?
Quid quæritas furcifer? P. Domum Stephanii.
G. Quæ nã hæc Stephaniũ. P. Vt nũtiẽ ueisse ei⁹ a
G. Vapulabis obiter ad mãticulandũ uenis. (uũculũ
P. Quæ nã hæc uerba? G. Vapula. P. quo iure? G. qa
Lubet, quia fur es. P. Itan tibi persuades?
G. Quin ni? ita ultroneus in alienam regionem uenis?
P. Via communis est. G. Mentiris statio
Militaris est hæc, nec hospiti cuiquam licet
Huc accedere, neq; quisquam est hic stabularius,
Hic tantum stationarii milites degũt,
Ego illis præsum ad urbis quietem atq; populi,
Proinde te tanq̃ rapinatorẽ, appetonẽ cymbalissabo
P. Sane iniurius es mihi hodie (equidem.
G. Ego ne? Tu equidem. G. Exossabo te probe,
Aut tanquam ligni recisamentum pedibus uoluero
P. Tu certe sanus non es homo, uerum ebrius.
G. At nunc associabo pugnos. P. Cur facis.
G. quia lactescis pugnis. Ita in p̄grinos seuis miseros
G. In te solum. P. Cur obsecro. G. Quia omnia
Vis hic conuasare furto. P. Quid sit hoc nescio.
G. Disces pugnis. P Mane iam si uis. G. Iterum
Congenerabo pugnos, te tanquam crotalum
Retundam. P. At ædepol contineas manus

Atq; quantum uis minacias dicito,
G. Hoc parum quidem erit ſed reddam te hodie
Exciſſatum, decorticatum, deartuatum ſimul
Atq; totum exoſſatum pugnis. P. hoc quidem
Non placet. G. Faciam te hodie pugillarem pilam.
Toties pugnis pulſabo pulſim ut tu pugnis hodie
Celebreſcas Athenis. P Haud pol tanti eris.
G. deturbabo hercle hic ſi poſſũ, atq; hic te præcipitẽ
Tollutim dabo ni ſapias furcifer
P. Mane etiam bone uir ſi uis, mane etiam.
G. Veſperi uapulabis non mane helluo,
Incipiam ut ſaltẽ hoc qđ ſoli eſt metiaris pugnis pbe,
Atq; te tanquam monoſcellum faciam.
P. Age uerbis, abſtineas pugnis, ni uis hodie
Alternatim pugnis agamus miſere.
G. pugnis agam tecum, nam uis hic omnia
Suppilare, & inuolare furax, fugax.
P. Sinas obſecro ut mandata mei heri proſequar,
Si apud uos milites aliquas preces ualent.
G. Pugnos petis, obſorduit iam pietas.
P. Dii immortales ubi ego offendi hominem,
Quænam huius calamitas intemperies.
G. Fare age cuias es tu. P. Mundanus ſum. G. Iterũ
Cuias es dic, dic iam obſecro. P. At nunc uerecunditer
Poſtulas, ſum ex regione cæcorum & Philodici
Seruus, huius Stephanii quã nunc quæro auunculi
Qui ciuis eſt Methymneus, ubi arion
Cytharedus fuit. G. Ha, ha, ha, narrat ædepol itine
Narra uolo uidere ſi fur es, qua arte pater (raria.
Atq; tua mater uiuebat, nunc ædepol

Cognoſcam qui nam ſis. P· ah quid hoc miſeriæ eſt.
Quæris quo ære lauerit pedes Syſiphus.
Pater plumbarius fuit, mater mea panifica.
G. Qđ plũbarius nõ placet. Sed eſto, quid tu ueneris.
P. Hærus me miſit ut nuntiẽ ejus aduentũ Stephanio
Quæ in hac regione habitat, ipſe moram
Iu portu agit. Nam Leſbum aducere cupit,
Poſtquã ita repperit eſſe ſaluã. G. Hæc ꝑplexibilia,
Iterũ præparabo pugnos, nõ hic habitat Stephaniũ.
P. ita prædicant, in foro Apollinis, ego
Huc olim adduxi uinum Leſbicum.
G· Augiificabo pugnos, quid uini refers
Muſtulentus, ita hac mente ſuſcitabulum
Huc acceſti. P. Ita hæri præceptis pareo.
G. Iam iterum manducabis pugnos uaniloquus es
Lurcho, Cynoceſcema. P. Ita tibi uideor?
G. Certe nepotatu nobilis. P. abeam
Nunc hercle diſcedam ex hac colluuione miſer
Dii ueſtram fidem, iam inceptat diſſolui ſocietas
Humana, iam nemo tutus intrat alienam
Vrbem. Dii immortales ubi ego offendi cacodemonẽ
Fugiam hinc ego atq; meo hero omnia referam.

Geta. Hægio. Doryphorus ſeruus.

Dhuc nullus ſum poſtquã illum perterrui,
His ego perterritus ſum, nam cum cogito
De ſene, ſanguis totus congelaſcit meus,
Atq; ita cor ſeſe conglutinauit miſere,
Vt iam pectus pultat prætimore frequens.
Iam me ſentio cinefactum fieri.
Hem Iuppiter cur non alas iniungis mihi,

Vt hinc

Vt hinc tanquam auis diomedeia deuolem,
Sed quid nunc sentio, Eccum ipsum me miserum
Totus contremisco hem dolos.
H. ubi nam hic est? me miserum,
Depilatus sum, ubi nam? Tene iam, tene,
Me miserum, marsupium meum.
Vbi nam hic est? G. Perii. H. Ohe bone
Vir apage. G. Mi Hægio. H. Immo tuus funiculus,
Age Doryphore liga quantum potes
Do. Vt iubes, siccine deturbas omnia
Geta? siccine Niceratum illectas dolis
Vt pileum acciperes. Tandem tendiculis
Obiectasti caput, me ne deludier?
Putas, contentiosus non tantum uirum.
G. Quid male feci. H. Quid mali, meum marsupium
Quis refodicauit? G. minime ego Hægio
H. Nemo te furatior, noui te optume,
Vncinatum semper, proinde te hodie
Suffocem laqueo, atq; te tanquam aulicocia
Canibus dedā assulatim. G. Nimis astringis brachia.
H. me nimiū sentis. Perge iam, ꝑge, ꝑge, ꝑge modo.

Quintus Actus. Philodicus senex.
Palestrio seruus. Niceratus.

IDEN Palestrio ne erremus, hac ne probe?
An illac? ne cecucientes per diuerticula,
Simplicitus uagemur, uiden Palestrio?
Est ne ut dixti? quæ nam huiusce defendicula
Blacteras hic ne? an alibi enoda, dum hostium
Stephanii meæ pultauero. Pa. Verum mi here
Narraui. Hic illum inueni iniquum hominem,

Præstigiatorem pessimum, ita me iracunditer
Inuasit homo, atq; superbiter,
Vt mihi quæ mandaueras commouit ambagibus,
Adeo me perplexim commouit ambagibus,
Vt uix tum pugnis datatim abstinuimus.
Ph. itan probe, omnia quæ tu ſ, miracula.
Nonne dixi sal agrigentinus es quidem.
Pauca ædepol lana magni rumusculi.
Si forte uides quampiam labeculam,
Elephantum clamitas. P. Here quid de me uolueris
Omnia fari licet. Vnum me pol non præteriit
Mea erga te famulitas fortunatim abiit,
Vt si quid seruis fidei,
Hocce ipsum expertus in me diutine
Ph. Sed age modo est ne hoc Apollinis forum?
Pa. est ædepol here memini ego alias,
Atq; quartam ab Apolline domum Stephanii,
Prædicabant qui circa portam erant scoparii,
Ita cetarii, atq; crepidarii.
Ph. Hæc postquam id dicis, erit Palestrio.
Pa. Optume. Ph. Pultemus iccirco hostium,
Sed qui nam est qui exit? Vereor utinam probe,
Verum ipsum compellabo. Salue iuuenis.
N. Tu quoq; salue. Ph. Est ne hæc Stephanii domus?
N. Hæc est. Ph. Optume aduenimus palestrio.
Pa. Bono auspitio. Ph. Tu ne hic aliq consuetudine?
N. Ego ne? Ipsa mihi cordi est, ex eo ciuis attica
Facta. Ph. Itan ciuis? O gratissimum factum mihi.
Putabam hic eam deplorabundam uitam agere.
Nunc diis habeo gratias q hoc primum sentio.

N. Sed tu quid tandem huc aduentasti. P. Egon?
Hem mea Stephanium neptis est. Postquam misera
Ex Lesbo rapta fuit, nunquam ex ea intellexerim
Quicq̃, nisi q̃ his modo diebus conscribellauit mihi,
Idq; quidam scriptuarius asseruit.
N. Tu ne es illi Philodicus auunculus?
Ph. ita dii uoluerunt. N. Pol non mihi gratissimus.
At sane tui hodie meminimus simul,
Tuum oppido accessum expectabat dubio procul.
Ph. At iccirco nos celeratim accessimus,
Ne iterum decidat fortunæ pessimæ
Ipsa quo pacton? N. Sane castula,
Eximia castitudine uixit ædepol,
Nosq; simul coagmentauit natura pares,
Mores, sanguis, æqua animi nobilitas.
P. Hem sortem ita ludis in humanis ut tibi lubet.
Sed inquam qs es obsecro? N. Egon? Niceratus mihi
Nomen, ille Hægionis filius.
Ph. Tu ne Hægionis qui Euclionem habuit patrem?
N. Ipsus est. Ph. Hem ipse amicissimus mihi est.
Sed utinam qđ opto. N. Quid nã est. P. Ita per deos
Immortales obsecro iuuenis,
Postquam hanc consuetudo elegit tua,
Vt hæc uxor tua sit. Dos non parua erit.
N. Mea est uxor. Nos diu ambos adiugauit fides.
Sed quia hoc adhuc patri incognitum, obsecro
Vt eum pauxillum cocalefacias,
Postquam utriq; alteros amicitia prosequimini.
Ph. O felicem diem ita nunc lætitia
Ignisco totus ut uix apud me siem.

Ita spero futurum, nescio quid
Mihi præsagit animus. Sed interim uisã Stephanium
N. Bonis auibus Philodice. Ph. Perge Palestrio.
Ita nos dii diuitent, postquam absq; excandescentia
Omnia componi uolunt. P. Vtinam ut fructificet
Noster hic aduentus. Ph. Eamus intro modo,
Absq; pulsatu succedamus intro palestrio.

Niceatus.

ROBE me hercle, probe, nunquam hominem
Cõmodiorem uidi, ita oportune accessit hodie,
Spero auxiliantibus diis utrinq; amicitia
Pristina, dotem pollicendo, ut ducat hic animum
Patris ad id quod uolo. Nunc reuisam quid is agat.
Sed eccum exit foras, quæ nam illæ minaciæ?

Hægio. Niceratus. Philodicus.

Aciam hercle faciã, hodie dabit pœnã admodũ
Hoccine mihi dolo? Nulla satis iustitia
Fraudulento. N. Perii, hoc me trepidulum facit.
H. Nũc tristissimus sũ oĩm. Ita mihi uberti incõmoda
Scaturiunt, ut iam maceror, uortor, morior,
Quod bona dilabantur, ꝙ me domumq; collutilet
Filius, totum meretricando diem.
Me miserũ, ubi nam hic est? N. Nullus sum consilii.
H. Vbi nam hic est? Ohe? tu ne es hic uir bone?
Hui, hisce iam rebus præscripsisti Nicerate animum?
Degulando bona, labectando honorẽ, & mihi & tibi?
N. Mi pater. H. Quid mi pater? hoc nõ iniuria patri?
Hoc non displicentia Nicerate? Quid non te pudet?
Hisce ne infectus sordibus accedes ad rem publicam?
Quid dicent patres? Hic ne est Hægionis filius?

Hæc ne senectutis disciplinæ uiatica?
Hæc me macerant, hæc me lancinant,
Ob talem filium tot passus miserias?
Age modo, age, uiue iam, uiue ut lubet,
Curabo posthac quid faciam probe.
N. Mi pater si peccaui ignosce quantum tibi lubet.
Deliquentes hanc æquitatem postulant,
Si cuiquam paterna pietas apparuit maxuma,
Mihi ipsi fuit. Proinde te coram mendacium
Effutire non licet. Amaui fateor,
Si amare pœnam, quid enim odisse meretur pater?
Dum tempus fuit, dum ætas subsstulit,
Id clandestino feci, & id factum infectum nequit.
Huic postquam hic uicina extitit, ego animum
Applicui meum, Qui forma liberali uisa fuit,
Et ingenio dubio procul nata sanguine.
Suppetias ei contuli, ne in uitium
Collaberetur, id equidem existimo deo, hominibus
Gratum. Nec pater mi ædepol fefellit animus.
Reperta est ex Lesbo methymnea ciuis, modo.
H. Hem hæc ciuis? N. sane equidem paulo ante suus
Aduenit auunculus, uir satis spectatæ fidei.
Qui te pol pristino olim amicitiæ uinculo
Vere cognoscit. H. Quis est? N. Diues hic satis,
Atq; opulentus, maturus senex.
Et quia nostram affinitatem concupiscit satis,
Summam pollicitus est dotem mihi.
Proinde quia rem nostram augificabit pater,
Nec nauigatu erit opus amplius,
Accipienda conditio erit. Si lubitum fuerit tibi pater.

Sed eccum ipsum pater exit foras in tempore.

Philodicus. Hægio. Niceratus.

VRA bit omnia Palestrio donec ego redeam.
Nunc meum Hægionem conueniam.
Dii omnia quæ uultis facitis, uobis habeo gratias,
Hocce meum tandem uoluistis consolari senium,
Postq̃ hanc repperi sat sanam, saluã, succulentã, pbe.
H. Est ne hic Philodic9 Lesbic9? hem. P. qs hic loqt?
H. O salue Philodice. P. O mi Hægio,
Vales ne mi Hægio dimidium mei,
H. Valeo iã. O mi Philodice, qs te hic repetiisse mõ?
Hem peracta tempora, iam senes sumus.
P. sic fert sic uoluit ætas. H. sed tu qd tãdẽ Philodice?
P. Bono huc appuli auspicio Hægio si uolueris,
Hæc quæ uobis uicina fuit Stephanium,
Mea neptis est. H. dudum mihi narrabat filius,
Neq; tui adhuc meminerit nominis,
Proinde uolebam nunc tecum cogratularier.
Sed qua negligentia? P. Sic hominum miseriæ.
Decidunt. Ego foris eram, cum parentes obeunt.
Hæc unica filia erat, unica domi peidssequa
Ampelischa, ambæ septunariæ.
Nescio quo sydere raptæ, inde Megaræ,
Vendite, & qui eas emerat forte moritur.
H. ut dii uolunt huc Athenas fugiunt.
Hic tandem gnati tui patrocinio coalitæ,
Quod sibi, tibiq; Hægio me meaq; deberier
Fateri necessum mi est. H. Ne huius pœniteat.
P. Proinde per amicitiam nostrã, p immortales deos
Te oro exoroq;, ut ambos, ut ãbo uolũt, matrimonio

Iungamus. Hæ. hem philodice nimis ædepol
Impensis distrahor, & nunc maceror miser.
Nūc crucior. Ph. Quid nā est? Hæ. nescio qs fur mal9
Mihi surripuit aurum. N. Omnia sunt salua pater.
Hæ. Quid ais? N. En tibi marsupium.
Hæ. O bene factum? Quis nā scalpuerit. N. Geta.
Hæ. Vah nūq̄ potui extorquere. N. Qđ nā restat pr̄.
Hæ. Age ut lubet fili postquā aurum saluasti mihi.
De dote aūt philodice? Phi Quindecim talēta do tibi
Hæ. Hoc placet, accipio. N. O gratū & felicem diem
Sed unum a te peto pater ut ignoscas Getæ.
Hæ. Reuinctus est. N. Vt liberes atq; nunc pileo
Condones nostro beneficio.
Hæ. fiat, sed eamus intro philodice,
Numerabimus dotem & omnia
Intus peragemus hoc melius.
Ph. Eamus, quod faustum, felixq; sit Hægio
N. O candidissimum diem, qui mihi nun c
Tot & tanta iam cumulas gaudia.

Geta solus.

I qs est, qualeat post tot pugnos, et tot uerbera,
Ego sum ille. Iam qppe scio qd sit idipisci aliqd.
Nihil prorsus sine labore acquiritur.
Cum Antheo, cum Poliphemo, cum Harpiis auibus
Dimicaui. Antequam hancce libertatem ademerim.
Sed nescio quis aduentauerit deus,
Qui nuptias Nicerato composuit,
Me quoq; sic reuinctum dissoluit laqueo.
Proinde quia felicitant omnia,
Mihi senex capite raso dedit pileum,

Vt post hac mei sim iuris. Diis habeo gratias.
Nuptiæ fiunt. Ne expectetis quicquam hic foris.
Omnia peragentur. Stephanium hoc uesperi
Aduocabitur domi. Simul ille seruus Palestrio,
Quem hodie perterrui. Resciuerunt omnia.
Ego quoq; intro redeam.
Vt pulpamenta macerata reficiam.
Vos si quid nouæ fabulæ placuit plausus date.
Nos optumi patres optume Valete.

Hieronymus Vietor Impressit suis expen
sis Vienn Austriæ. Ann. 1515. Men Nouem.

Oprawił Leon Majchrzak
9. XI. 1956 [illegible]